

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Geo-hydrographia s. orbis terrarum descriptio - Cod. Ettenheim-Münster 111-116

Gallia seu Francia - Ettenheim-Münster 112

Cartier, Gallus

[S.l.], [18. Jahrh.]

Caput V.

[urn:nbn:de:bsz:31-111144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-111144)

Caput ~~secundum~~ V.
De Normannia.

Normannia seu Normandia | La Normandie: | Ductus amplifimus, praecipuis Francia provincis annumeratur vel maxime quod ad Oceanum in vicinia Anglia, qua ipsi Septentrionalis est, et à qua solo fretò, quod Manicam (la Manche:) Galli nuncupant, separatur, sitas est.

Ejus limites sunt versus Orientem Bricardia et Insula Francia; versus Meridiam Belsia, Berticensis regio, et Cironanensis Ager; versus Occidentem Britannia; et Denique, ut primum diximus, versus Septentrionem Manica seu fretum, quod eam ab Anglia sejungit.

Ilius longitudo ab Oriente in Occidentem ultra 60. miliaria complectitur, scilicet ab Alba mala | Annale: | ad Breviam | Boale: | fluvium, et à Gisorsis | Gisors: | ad Eptam | Epte: | flumen, usque Grandemvidam | Grand ville: | et Montem S. Michaelis | Mont St. Michel: | quae urbes ad ad Oceanum et Britannia litus posita sunt. Ipsius latitudo autem à Meridie in Septentrionem est 30. miliarium, scilicet à Veruicò | Veruicil: | ad Avaram | Avre: | et à Doreò | Dreux: | usque ad Urbes Arcum | Arc: | et ulteriorem fortium | Treport: | quae inferius ad Bricardia litus jaent: eadem etiam est ejus latitudo à Pontellorionis | Pont-Orson: | ad Coesmonium | Coesmon: | flumen, usque ad Promontorium Orgam | La Hogue: | et usque ad Caput Ceruis seu Barra flentis | Barfleur: | infra Caesarisburgum | Cherbourg: | Totius vero Normannia circuitus seu ambitus est circiter 240. miliarium, cujus maxima pars Maris littora occupat, praesertim Territorium seu Ager Constantiensis | le Contentin seu Contantien: | qui velut peninsula in Mare porrigitur.

Hae Provincia Romanorum aetate Gallia Celtica seu Lugdunensis partem constituebat, atque Lugdunensis secunda vocabatur; at postquam Franci eam occuparunt, facta est pars Regni Neustria sub Merovingis Regibus: sub Carolingis vero, post factam inter filios Ludovici III Regis Francia partitionem, Carolo Calvo Francia Occidentalis Regi adscripta fuit. Cum autem Neustria littora repetitis Normannorum seu Danorum irruptionibus devastata fuissent, Carolus Simplex Caroli Calvi Nepos, praecipuis Gallia Brevenibus consensus tribuentibus, provinciam seu Ducatum hunc Roberti horum Barbarorum Duci in feudi proprietatem cepit collocata etiam ei, postquam Christianam religionem suscepisset ac baptizatus fuisset, in matrimonium filia sua Gisela. Hujus Roberti posterii potentes admodum fieri non modo eis sed et trans Mare: anno enim 1066. Wilhelmus Roberti Normannia Ducis filius notus facta in Angliam expeditione Haraldum, qui post obitum Eduardi sancti regnum Anglia occupaverat, trucidavit, atque toto potitus regno eodem anno in Natali

48
Domini ibidem Rex Anglia coronatus est. Henricus I. An-
glia Rex et Normannia Dux unicam filiam Mathildem
relinquit heredem, qua Godofredo Plantageta Andegavensi
Comiti nupsit, eique filium peperit, qui primus Normannia
Dux deinde Rex Anglia factus Henricus II. dictus est. Hic plu-
res habuit filios, quorum Joannes quartus natus, ceteris vita
functis, Regnum Anglia occupavit, ac an. 1202. in Norman-
niam veniens Rotum seu totum Godofredi fratris sui nati-
maximi et Normannia Ducis filium, qui se Anglia coronam
adducebat in controversiam, captum in carcere tenuit.
Ob inhumane facinus istud à Philippo Augusto Francia Rege, Fran-
cis regi consentientibus, eodem anno, cum citatus haud compa-
ruisset, in rem lata sententia tota Francia proscriptus fuit
eique aqua et igni interdictum; necnon sequenti anno 1203.
Normannia, quam dictus Joannes sibi assererat, occupata
et deinde Francia Regi adjuncta. Henricus III. ejusdem
Joannis filius ac in Regno Anglia successor inita postmodum
cum Ludovico sancto pace omne suum jus in Normannia Duce-
tum eidem suisque Successoribus ultro cepit. Ab eo tempo-
re Regnum Francia natus majores filii Duxes Normannia
nuncupati fuerunt, donec Delphinum nomen prevaluit.

Provincia haec inter maximas et fertilissimas Francia regiones
proximum ferre locum tenet. Solum ejus omnis generis fru-
mentum, linum, canabum, et herbas ad induendum colorem
aptissimas, ut rubiam, glastum, iratem, p. profert. In
aliquibus locis sunt vinata, qua tamen tenue admodum red-
dunt vinum; at stupenda pomorum et piscium copia su-
perbit, ex quarum fructibus mustum exprimitur commu-
nis melarum potus. Admunt quoque amplissima vine-
ta et pingua pasua, quibus quamplurima amentia et pe-
cora saginantur. Mare ibidem optimis piscibus dives
est. Habet haec provincia etiam salinas; item ustri-
nas, in quibus tormenta balnea, bombi seu pyroboli, alia-
que varia speciei feramenta fabricantur. Aliquot item
ibi reperiantur cuprifodina, qua efficiunt, ut quamplures
aqua minerales in ea fluant.

Fluvii, qui eam perflunt sunt inter alios Sequana: La-
Seine: Ebrua: Uvra: alias Autura, Audura, Aduva, et Au-
tura. Itona seu Itona: L'iton: alias Ito, et Itus. Andel-
la: Andele: alias Andelinus fluvius, et Andelaris. Rislea seu
Risle: Rilde: alias Ripetta. Dura seu Dera: Live: Tolea
seu Toleha: Touque: Carento: Carentone: alias Carento-
nis. Anta: Ante: Orna: Orne: apud veteres Orina et Arge-
nes. Awara: Auvra: et Drouma seu Drouma: Droume:

Occurrunt quoque plures exigui Portus, quorum praecipui
sunt Depa seu Deyra: Dieppe: olim Julibona: Cale-
torum: Franciscopolis seu Habulus; item Portus gratia

1. Harva, seu Harva de grace: | Huneffletum, seu Huneffletum,
item Honeffletum | Honeffletum | Casarisburgum | Chesbourg: | et
grandisvilla | grandeville seu granville: | quibus addunt
aliqui Agam Sti Vedasti | Hoque St. Waast: | in Agro Constan-
tienti | Cotantia seu Coutance: | at hae. Portus non est, sed
navale duntaxat seu Littoris crepidis, quam quaedam Insula ten-
entur.

Hujus provinciae commercium consistit praecipue in lana, la-
neis panibus, pileis, pectinibus, papyro, varii generis telis lineis,
peristomatibus, aureis levidensibus, coris, piscibus prae-
sertim halieibus, butiro, aciculis, &c.

Normanni propriis legibus vivunt, laboriosi sunt et in-
dustria, ad servandum propriis rationibus omniaque in usus
suos et commoda convertendum exactissimi. Culpari so-
lent, quod iudicio contendere ament; parumque verentur qui-
bus rationibus jure, aut modo aliena acquirant sedque faci-
ant: unde per ignominiam iocosa de eis dicitur, quod
Barochi, ubi infantem neonatum baptizant, statim mortua-
ri illius stipendium seu jus sepulturae à parentibus exi-
gant, veriti ne illo fraudentur ignorare se potentes,
in quoniam loco infans iste grandaeus factus suspensio sit
excipiendus vitamque finiturus.

Normannia in duas partes distribuitur Superiorem scilicet,
que Orientalis est, atque Picardiam attingit, et Infe-
riorem, que in Occidentem vergit, atque versus Britanniam
sitae est. Hujus tria Territoria, illius quatuor. Superioris
Territoria sunt Rothomagensis, Eborensis, Calatensis,
et Vulcafinum. Inferioris vero Constantiensis, Aleconiensis,
seu Bajocensis, et Cadomensis, quae Primum Superioris, post Inferioris Territo-
ria extendimus, ut et adjacentes ei Insulas quaedam.

60. 200.

§. I.

De Territorio Rothomagensi.

Territorium Rothomagensis | le Pais de Rouen: | seu
Ager Rothomagensis circum ejusdem nominis Urbem si-
tus est. In eo notatur

1. Rothomagus | Rouen: | Civitas non modo Superioris, sed
et totius Normanniae Caput, ac vera ea maximis, ditissi-
mis et populosis finibus Francia Urbibus, posita est ad ripam
Sequanae loco depresso et ad tria latera praeruptis monti-
bus circumdato, ita, ut eo solo latere, quod Sequana albat,
ad eam pateat aditus: ea istis montibus duo viculi pro-
ducunt Albetta scilicet | Aubette: | et Rotobecum | Robec: |
et ad illam fluunt. Ibi Sequana tantus est aestus, ut plus-
quam 200. unquam navigia ad istius rapiditatem, qua ipsa
velos cingitur, appelli valeant. Muris rotundisque
turribus moere factis antiquo instructa est. 16. portas nu-

merat, 13. fora publica, 300. fontes publicos, 85. Temples, et
125. vicos: ex quibus omnibus de ejus amplitudine judicium
ferri facile potest; etiam ultra 30000. animas continet, at-
tamen vicus ejus sunt angustissimi, aedificia humiles et ple-
nissime lignea. In ea quoque est Castrum quinque
magis turribus, pontemque ductum instructum, non aquis
circundatum.

Urbs ista Velocassium inter Celtas populos celebratorum
praecipua sedes fuit; et quamvis sit antiquissima, ut vel illi-
us Celticum seu vetus Gallicum nomen prodit, nihilominus
Caesar in his Commentariis eam praeterit, ut et alii Scrip-
tores Romani, primus illius meminit Strabonem. anti-
quo tamen tempore jam spectabilis esse debuit, ut quae sub
Constantino Imperatore, cum Lugdunensis provincia in
duas partes distribueretur, provincia Lugdunensi secun-
da Caput data fuerit.

De ejus Etymologia multa circumferuntur Scriptorum
opinionem, inter quas illam veriore arbitramur, quae
Rothomagus deducitur à duabus primis Rothobeci fluvii
syllabis Rotho et à voce Magum seu Magus, quae lingua
Celtica Urbem significat, quae simul juncta Rothomagum,
velut Urbem ad Rothobecum, efficiunt.

Rothomagus est sedes Archiepiscopi, qui sibi titulum
Primitis Normanniae vindicat, et cui sua Episcopi, qui in
haec provincia sunt, subiacent. S. Nicasius primus hic
Episcopus fuisse dicitur, atque traditio est eum à S. Clemen-
te anno Chr. circiter 80. Romam hinc ad praedicandum Evan-
gelium missum fuisse: post ipsum nullus invenitur Ro-
thomagi Episcopus usque ad S. Melonem, qui an. 265. à
S. Stephano Papa hujus Civitatis Episcopus designatus est.

Prater Ecclesiam Cathedralam quamplurima aliae, quod
jam supra memoravimus, numerantur Ecclesiae, Capitu-
la, et utriusque Sexus Monasteria, quae singula enar-
rare nimis longum foret. Habet etiam celebrem Uni-
versitatem.

Anno 841. Normanni, et an. 1418. Angli Rothomagum Urbem
occuparunt, anno autem 1449. Carolus VII. eam illis eri-
puit. Saeculo XVI. fervente Catholicos inter et Hugo-
notos bello multis calamitatibus pressa fuit, ab his semel
et iterum capta fuit et devastata: an. 1562. sub Carolo
IX. iterum erepta fuit; denique an. 1594. Henricus IV.
illam obtinuit. An. 1633. 25. Junii gravem vento-
rum furentium rabiem experiri coacta est, qui vespere
circa horam septimam coorti procellam excitavit cum
tonitruis, pluvia, et insolita grandina copia, cujus globuli
quidam nucum et etiam ovorum magnitudinem aequa-

bant, medietatemque libram unam etiam tres librae quadrantes
pendebant; hinc stupendas varias in locis edidit strages.

Commercium, quod in ea exercetur, consistit in lana, pan-
no, variarum specierum linteis, corio, pileis, pectinibus,
chartis lincoriis, papyro, et magna aliarum mercium copia.
Hic etiam conficiuntur levidensia aulca illa, quae aulca
porta Parisiorum | les tapisseries de la porte de Paris. | nun-
cupantur. Binatio quoque Inolis haud vulgari est
compendio.

Varia Rothomagi celebrata memorantur Provincialia
Concilia: I. an. 692. ab Anberto ejusdem Civitatis Antisti-
ta, cum 16. Episcopi et 4. Abbates interfuerunt, et in quo varia
Ecclesiarumque utiles edita sunt sanctiones. II. an. 1050. a Mal-
gerio Archiepiscopo, cujus 19. Canones circa disciplinam Eccl-
lesiasticam adhuc supersunt. III. sub Archiepiscopo Joanne
an. 1072. vel 1073. ubi post editam de SS. Trinitate fidei pro-
fessionem etiam quaedam circa disciplinam Ecclesiasticam
sancta fuerunt. IV. an. 1074. ab eodem Archiepiscopo, ac
de rebus eisdem, de quibus in priori. V. an. 1096. ab Ar-
chiepiscopo Wilhelmo, in quo sanctiones Synodi Clavon-
tanae confirmatae, atque nova quaedam circa res Ecclesiae
condita fuerunt. VI. an. 1118. ubi multa in medium
adducta, nihil vero conclusum. VII. an. 1119. ab Archiepis-
copo Goisfredo, in quo Clericis omne commercium et familia-
ritas cum alterius seculi personis interdicta fuit; et cum
quidam nomine Albertus huic sanctioni obloqui vellet,
in carcerem conjectus est. VIII. an. 1299. circa discipli-
nam Ecclesiasticam durat. IX. in quo de promul-
gatione sanctionum in aliis Synodis aditatum, necnon de
aliis rebus ad disciplinam Ecclesiasticam pertinentibus ac-
tum est. X. an. 1445. ab Archiepiscopo Radulpho
Acupelio contra Blasphemos, Veneficos seu Bestigiatos,
aliosque hujus furfuris homines. Denique a Georgio ab
Ambasia | George d'Amboise. | et aliis adhuc plura Provin-
cialia Concilia huius loci habita fuerunt.

In hac urbe an. 1430. famosa puella Aurelianensis Joh-
na de Arca | la pucelle d'Orleans Jeanne d'Arc. | a Duce
Vindocinensi | le Duc de Vendôme. | capta, juxta Duce Bell-
fortii tanquam Archistrix et venefica in foro publico
igne cremata fuit.

Hujus Civitatis lateriora adeo amoena sunt et venusta, ut
specialem mererentur descriptionem: ambulacra ex omni
parte, Inula in Sequana, populicae domus, p. Paucis
ab ea milliari visitur Castellanorum castrorum pergrata
solitudo.

2^o. Lenovium, Lenobium, Lenovium, Lixovium, Civitas
Lenoviorum, Lenoviorum, et Lixiacensis | Lixieux. | Sita
est haec Civitas 8. milliariis a Rothomago, id est Cadono

Caeni: s. à maris littore, s. à Ponta Episcopi | Pont- l'Évê-
 que: | inter Sagium | Seas: | et Vernolium | Vernemil: | par-
 tem ad litus aliquod partem ad valem quandam venustissi-
 mam, qua magnorum reddituum pasua continet, in con-
 fluentia duorum rivoorum, quorum uni nomen Orbeca-
 | Orbec: | qui urbem perfluit, alteri vero Tolca | Touque: |
 qui illius muros alluit; heb 20. gr. 17. min. longit. et 49. gr.
 8. min. latit. Sops, muris, et turibus cingitur opti-
 mis; in caepe quatuor porta totidemque Suburbia nume-
 rantur. Satis venusta, publicique et privati fontes, qui in
 magna adunt copia, atque velut tot rivi quot plateae sunt,
 eas huius mundas servant. Habet panis et hincis quificia.

In notitia civitat. gal. lugdunens. urbs haec Civitas Le-
xoviorum nuncupatur, ~~proprie dicitur~~ à Lexovis seu Lens-
 bis populis, qui olim regionem hanc involvere. Sub Fran-
 cis Regibus Caput erat provinciae, qua in Capitularis Livri-
 ca et Livinus, item Comitatus Livinus dicitur. Olim Ne-
magus vocata fuisse creditur, quod Stolomaeus Lexoviorum
 Metropolitim hoc nomine insigniat. Fortè etiam est An-
 tonini Noviomagus.

Titulo Comitatus gaudet, habetque Episcopum, qui ei
 tam in Civilibus quam Ecclesiasticis Dominatur, estque
 Suffraganeus Archiepiscopi Rothomagensis. Primus hic
 Episcopus fuit Litardus, qui an. 511. primo Aurelianensi Con-
 cilio interfuit.

Prater Ecclesiam Cathedralem, duae adhuc sunt Collegia-
 ta simul et parochiales. Trinitarii Conventum hic habent.
 Fratres Missionis habent Collegio praesunt, eorumque domus
 est juniorum Clericorum Seminarium. Ad sunt etiam
 ab an. 1631. Ursulina; item Moniales de providentia
 dicta, quarum munus est nisi juvenes puellas instituer.

Duae memorantur in hac urbe celebrata Synodi, I. an.
 1006. mense Octobri praesente Henrico I. Anglia Rege et Nor-
 manniae Duce. II. ab Hugone de Harcurio | Harcourt: |.
 Item Joannes Venator | Jean le Veneur: | Cardinalis et hujus
 Civitatis Episcopus duo hic habuit Concilia, unum an. 1531.
 et alterum an. 1540.

§. II.

cap. 61.

De Territorio Eboricensi.

Territorium Eboricense seu Eboriense | Le Pais d'Yverna: |
 ad meridiem Rothomagensis situm est. Nomen habet ab
 Eborovicibus antiquis Gallia populis, qui falsè Eborici nomi-
 nantur. In Capitularis Pagus Eboricus, et Eboricus dicitur.

tur. Sub Romanis provincia Lugdunensis Secunda, et sub Re-
gibus Francorum Neustria pars erat. à Richardo Rothoni
primi Normannia Ducis Nepote ad Comitatus, et à Ludovi-
co Hutino Francie Rege an. 1316. ad Bariatum dignitatem eve-
ctum fuit. Modò Ducibus Bullionis parat. Hic occurrit

1^o Eborac, seu Ebroium vel Eboracum ¶ Eborac: ¶ Civitas
est hae urbs ad ripam Itona ¶ Iton: ¶ fluvii, quatuor millia-
ribus à Baciao seu Baccjo ¶ Baccj: ¶ utico ¶ Conche: ¶ et Luparia
¶ Louiers: ¶ quinque à Vernonia seu Vernò et Vernoniò ¶ Ver-
non: ¶ octo à Droco seu Droindum fanò ¶ Droca: ¶ Decem à
Medunta ¶ Mante: ¶ et totidem à Rothomago.

Undique vinetis cingitur et viretis. Inanis, si ejus sub-
urbia demas, haud ampla sit, in ea tamen novem Eccl-
sia parochiales numerantur, pluraque utriusque sexus
Monasteria et Conventus. Vetusissima est, atque

olim, quod notat Ptolomaeus, Mediolanum dicta fuit: post-
modum ab Agri huiusmodi Eborovicibus Eborac. seu Ebro-
ium numpata fuit. Habet Sedem Episcopalem

Metropoli Rothomagensi subiectam et Saulò III. fun-
datam, in qua primus sedisse perhibetur S. Taurinus. Ce-
lebris quoque Cardinalis Beronius ex Calvinista Catholicus,
qui sub Henrico IV. floruit, antequam ad Archiepiscopatum
Genouensem assumptus esset, hic fuisse Episcopus memo-
ratur.

Civium commercium consistit praecipue
in variis panni et lintei specibus, necnon in aliis mercibus
lanæ; itam in frumento, p.

2^o Bodomontium Rogerii ¶ Beaumont le Roger: ¶ Urbs
hac nomen habet à Rogerio quondam ejus Comite, qui vel
eam de novo excitavit vel ampliavit; eam aliqui, quod
nomen caret, Oppidum duntaxat vocant. Sita est ad ri-
pam Aisela ¶ Aisela ¶ fluvii quatuor miliaribus à par-
celebri Benedictinorum Becensi ¶ Bec: ¶ Monasterio, et
Concho ¶ Conches: ¶ tribus à Bernacò ¶ Bernay: ¶ Brioma
¶ Brienne: ¶ et Novoburgo ¶ Neubourg: ¶ duobus ab Har-
wio ¶ Harwour: ¶ et undecim à Rothomago. Unicum
vicum habet optimè stratum lapidibus. Ipsius Ecclesia
parochialis et prioratus SS. Trinitatis quondam à Benedi-
ctinis habitatus, qui inde vastatis durante bello eorum ad-
ficiis, ad Monasterium Becense se contulerunt, spectabi-
les sunt. Olim ei insidebat Arx in præcepto monte si-
ta, cujus hodie via quaedam superest videri. Hae pan-
ni conficiuntur et lintea, quamplurimique numeran-
tur Clavarii. Antea actis temporibus Comitatus, modò
Ducatus titulo insignita est, ejusq; Ducis Historia celebrat.

De Territorio Calatensi.

Territorium seu Ager Calatensis | Le Pais de Caux | Situs est inter Sequanam, Oceanum, Picardiam, Brayum | Le Pais de Bray | et Voluastinum Normannicum | Le Venin Normand | Nomen suum trahit à Calatibus antiquis Celtarum populis, qui in eo sedem habuerunt. Trianguli formæ figuram refert, in cuius apice promontorium est, quod proprie Portum gratia | Havre de grace | in Mare protenditur, ac Calatense caput | Cap de Caux | nuncupatur. Maxima ipsius latitudo est 16. miliarium scilicet ab Agro Rothomagensi usque ad Civitates Aucum | Eu | et Ultiorem Portum | Treport | Variarum specierum frumentum, Legumina, linum, Cannabum, et rapicium semen, ex oleum ad varios usus exprimitur, profert. Vitis carat, quod solum ejus paulo sit frigidius: at pomis et pyris abundat, ex quarum fructibus melapium communis incolarum potus conficitur. adest etiam ferina, pennaria presertim, quæ multum requiritur; ingens etiam pisium copia hic capitur.

Regionis hujus consuetudo primogenitis magnam tribuit prerogativam, quam forte Norvegi et Dani hæc attulerunt, qui, ut familias suas tuerentur ac in splendore continerent, primogenitos suos omnium bonorum suorum heredes instituebant, sicque juniores filios suos ad alienas terras demigrare, ibique fortunam suam experiri cogebant; qua agendi ratio procul dubio primos Normannos in Galias adduxit. Occurrunt hæc Urbes

1.º Deppa seu Dieppe | Dieppe | totius provincie seu Agri Caput, cum portu maris. Duodecim miliaribus à Rothomago, inter Ultiorem portum | Treport | et S. Valtericum | S. Valery en Caux | seu ab hoc utroque portu miliaribus distita. Situm tenet in planitie intra duos montes læcos ad ostium Bethunia | Bethune | fluvii, qui hic Arza | Arques | vocatur, quod Arca Urbis olim celebris reliquias aduat. Habet Suburbium, quod Portus ipse à Civitate separat, ad quam ab eo per portum lapideum transitur. In eâ viginti poste numerantur. Tam in

civilibus quam Ecclesiasticis parat Archiepiscopo Rothomagensi. Olim et antiquis temporibus Julistona Calatonum dicta est. Urbs hæc anteaestis temporibus longè celebrior fuit quam nunc sit. Multorum diritum et impigrorum incolarum, post resurrectionem Editi Nannatensis, discessus, necnon Anglorum invasio, à quibus an. 1694. 22. et 23. Junii seu Julii injectis innumeris pene ignavis obis | Bombes | in cineres

reducta fuit, deteriorum illius efficiere conditionem. Et insi-
det Arx ritu antiquo munita, quae modo vix unum hostium
appellum sustinere valeret.

Habet binas parochiales Ecclesias S. Remigii scilicet et
S. Jacobi, hujus Campanila adeo in sublime porrectum est,
ut coelo sereno Angliae littora ex eo detegantur. Carme-
lita item, Minimi, Capuini conventus hic habent, Jesuita
Hospitalium, et Patres Oratorii Collegium. Adiunt etiam
Moniales Benedictina, Carmelita, Ursulina, Hospitala-
ria, et Visitationis B.V. Mariae.

Præcipuum ejus commercium consistit in Halesibus, Sion-
bris, et Ostreis, in variis operibus eburneis, et tentis denti-
culatis. Adest etiam celebre Tabaci Opificium.

Hic nati perhibentur viri scientiâ et eruditione præ-
stantissimi, inter quos celebrantur præcipue P. Richardus
Simon Canonius regularis S. Augustini in S. Scriptura et lin-
guarum Orientalium studio versatissimus, quod ipsius pro-
dunt Opera. B. Crasset Soc. Jesu variis moralibus et
spiritualibus miram unctorem spirantibus operibus cele-
bris. Item Bequetus | Bequetus | Medicus, cui retentionem
Canalis Thoracici in corpore humano acceptam referunt Me-
dici, quem etiam ipsius nomine Stagnum Bequetanum vo-
cant.

2^o. Portus Gratia | Havre de grace | celebre Emporium
cum portu optimo. Sita est hæc Urbs ad ostium Sequanae
in uliginosa planitie duodecim miliaribus à Cardonâ | Caen |
ortodecim à Rothomago et Dieppâ; octo à Fisci campo
seu fiscano vel fiscanno | Fescamp | et Julibonâ | Lille-
bonne | septem à Lilleboris | Lilleboeris | et duobus
à Harcflotâ | Harfleur | ampla et perpulchris superbiens
aediis et domibus, quadraginta plateas lapidibus stratas,
et quarum nonnulla late sunt et ad lineam ductæ numerat.
Fontes quoque per singulas illius regiones distributi haud exiguo
ei sunt ornatu. 24000. sunt civiter ejus incola. Non nisi
tres portas habet, habet et Suburbium.

Urbs ista principia sua aucta refert Ludovicus XII, qui an.
1509. illius fundamenta jecit. Franciscus I. eam muniri nec
non magnam fortisque turrim extra curiam curavit, ut Anglis,
qui illius piscatores infestabant, multisque damnis afficiebant,
promerale esset, quod tamen haud obesse potuit, quin eadem
Angli in Sequanam usque penetrarent, ibique navis mer-
catoris prædarentur, cui malo ut obviaretur tandem cele-
bris Cardinalis Richelius sub Ludovico XIII. illius auit propu-
gnacula et in portu castorum erexit munitissimum.

Varia, præter parochialem, tam in ipsa Civitate quam ejus
Suburbio, sunt magnifica Ecclesia. Capuini hæc etiam ha-

vent Conventum, ut et Religiosi, qui poenitentes dicuntur,
nemor Urselina.

Civium negotiatio praecipue consistit in navigatione, et
opificiis texti denticulati; dexterim hant et expertissimi
navigatores, atque ad omnes totius Orbis terraquei plagas
commercium suum extendunt.

hic natales habere Georgius Sander et ejus Soror Mag-
dalena Sander. Priorem Gallica Tragedia, hanc vero Cyri, Cle-
lia, aliisque historias, nemor quaedam cum ligata tum solu-
ta oratione edita Opera celebres fecere. Ille an. 1658. haec
an. 1700. 94. annos nata, vitam poverunt.

3^o Yvetotum seu Ivototum [Yvetot vel Ivotot:] Urbs
seu amplum Oppidum una cum Castell^o. Situm habet in
plaga frumenti feracissima sex miliaribus a Rothomago
et duobus a Calidobes [Candebes:] non procul a portu gratia.
Caput est exigui Tractus, qui ejus nomen refert, simulque liberi
et exenti Principatus titulo gaudet. Apud Geographos Re-
gnum Ivototii seu Ivototianum Tractus iste nuncupatur,
quod eorum aliqui ex antiqua quadam, sed non satis firma,
quae potius fabulosa traditione olim se vera Regnum fuisse
dixerint.

4^o Albamarla seu Albamala [Humale:] Civitas exigua
in declivitate colis, quem prata cuipunt, ad ripam Brevia
[Brele:] fluminis, quod etiam prata haec irrigat, sita 14. millia-
ribus a Rothomago, quinque a Nesburg^o seu Novo Castell^o,
[Neuchatel:] et Blangiac^o [Blangy:] et octo ab Andriano
[Amiens:] in confinis Picardiae. Caput est Tractus ejusdem
seu nominis, quem an. 1547. Henricus II. in Ducatum et
Bariatum exivit. Licet in Normannia posita sit tamen
Parisien^{si} Senatui seu Parlamento subest, sique Insula
Grancia adjecta videtur.

Duas numerat Parochiales Ecclesias; una intra ipsius mae-
nia est, altera extra civitatem prope Benedictinum S. Mar-
tini Monasterium; prior S. Petri, haec S. Margerethe di-
citur. Adsumt etiam duo Conventus Dominicanorum
videlicet et Poenitentium. Olim urbs haec muni-
tionibus et propugnaculis instructa erat, at modo nec
muri ejus nec fossa curantur.

5^o Longavilla [Langeville:] Oppidum ad ripam Seja
[Seie:] rivu sita novem miliaribus a Rothomago, tribus
a Dieppa, et duobus ab Arca [Arques:] nemor ab Altrifago
[Auffay:] una cum Castell^o bene munito. Prater Eule-
siam Parochialem est hic Monasterium, quod Benedictini
Cuniacenses incolunt. Oppidum istud Ludovicus XII. an. 1505.
Ducatus titulo decoravit.

videtur. Regio ipsa aspera est et rigida, collibusque et vallibus abundans. Aquarum commoditate et copia perfruitur, unde, et singulae domus singulos suos habeant fontes, unde permulta rivi emergunt qui in quinque praecipuos desinunt, haeque sunt Siena | Sienna: | Ems | Airon: | Sobola, Sula, et Sola | Soula: | Tarsus | Tar: | et Bajus | Bay: | qui omnes piscibus abundant multaque molendina agitant. Adferunt etiam vicia, horti olivarii, et agri grammosi, qui sat multis bovibus et vacis, e quarum lacte excellentissimum exprimitur butyrum, pasua praestant. Hae quoque equi edecantur, qui ob velocitatem et bonitatem suam multum aestimantur, magnosque sunt in pretio. Unicam hylam habet, quae paves admodum ferax alit. at Cuculorum ingens adest copia, qui aquae ac gallinae et laginati capones Rothomageni una Carisios usque deferuntur. Constantienses sunt vivaces, ingeniosi, sagaces, et laboriosi. In hoc Territorio notantur

1^o Constantia | Contance seu Constance: | Civitas ampla, praestantibus superbiens aedificiis totiusque Territorii Caput, a qua et ipsum nomen habet, una cum magnis Suburbio, posita supra montem, qui paulatim in planitiem desinens rivetis ac rivis circumdatur. uno vel duobus miliaribus a Mari, seu a S. Landis | S. Lo: | et novem ab Abincis | Avanches: | Volaterranus*, et alii arbitrantur eam esse veterum Romanorum, nomenque, quod cum fert, a Constantino vel Constantio Imperatoribus accepisse; unde etiam Ammianus Marcellinus** eam Castra Constantia nuncupat. Alii vero putant, quod sit Veterum Brioveris. Haec omnia sunt incerta, nec enim Briemandi populi adhuc exhibiti sunt, nec Civitas Brioveris. Bricinus autem censet urbem hanc esse Cosediā seu Cosedias, de qua Antoninus, in suo Itinerario, et veteres geographica tabula meminissent. Quidquid ea de re sit, antiqua Urbs est, quod vel Aqueductus, quae prope ipsam hinc inde deteguntur, produnt. Populosa admodum est, at miris caret, quibus idam vidisse dicitur Ludovicus XI. quod Cives, fratris sui Caroli, quorum gerbat similitates, partes amplexi fuissent. Sunt tamen, qui dicunt, id a Carolo VII. dicti Ludovici patris factum, cum cum Anglis eripuit; unde evenit, ut in bello hoc Anglis multis calamitatibus prostra fuerit. Anno 1562. ab Hugonotis occupata fuit.

Habet Episcopum Metropolitanum Rothomagensi Subjectum. Praeter Eulesiam Cathedralē, quae magnifica est, atque B.V. Mariae consecrata adferunt adhuc aliae, inter quas eminent Eulesia Barschialis, quae S. Petri dicitur, et Eulesia S. Nicolai. adest item Seminarium, cui Patres Missionis praesunt, necnon quatuor

* Volaterranus | Raphaël seu Maffaeus: | ab Urbe Volaterrā in Etruria, in qua natus est, sic dicitur, Saeculi XV. Scriptor celeberrimus. In-tar alia Opera vidit 38. libros Commentarios Urbanos, in quibus veterem geographiam, vitam Illustrium virorum, necnon variasum Sicutiarum et Artium principia conscripsit. Usque ad initium Saeculi XVI. Superstes fuit.

** Ammianus Marcellinus Celebris Historiographus Antiochia oriundus, relicta militia, in qua praecipuis numeribus fuit fuerat, ad historiae Studium animum applicuit, hanc in rem Romanam

venit an. Chr. 378, ibi Monasteria seu Conventus, Capucinorum, Liliet, Dominicanorum, que Romanam histori- Augustinianorum Hospitaliorum, et Monialium Augustiniana- am à Novâ usque ad num. Abest etiam Collegium, in quo humaniora et Philo- obitum Valentis ele- sophia docentur.

